

**Brusio, 6 giugno 1535**

**Inventario dei beni delle chiese della Santissima Trinità e di S. Agata di Brusio**

Scritta sul dorso: Inventario dell'i beni delle chiese della santissima Trinità e di santa Agata

In Nomine Domini Amen Anno a Nativitate Ipsius Millessimo Quingentessimo Trigessimo Quinto, Indictione Octava Die mercurii sexto mensis Iunii. Cum hoc fuerit et sit quod ab annis Quadraginta proxime decursis citra facta fuerint et sint quamplura melioramenta et augmenta per homines et viciniam de Bruxio suis ecclesiis sanctissime Trinitatis et sancte Agate fondatis et fabricatis per eorum predecessores in eorum terra et districtu Bruxii, Et cum de ipsis melioramentis et augmentis preffatarum ecclesiarum predicti vicinia et homines de Bruxio intendant relinquere felicem memoriam in posteros suos ad hoc ut antiquissima devotio preffatarum ecclesiarum eluceschat et clareschat de bono in mellius per et inter personas Christi fidelles, Et proinde preffati vicinia et homines statuerunt et decreverunt facere fieri in scriptis hoc presens inventarium et repertorium omnium et singullorum melioramentorum et augmentorum ipsis preffatis ecclesiis factorum per eos viciniam et homines de Bruxio tanque advochatos et patronos preffatarum ecclesiarum ad quos spectat et pertinet totum regimen ipsarum ecclesiarum et earum bonorum, Ibique convochato et congregato toto consilio generalli totius vicinie et hominum de Bruxio ad sonum campanarum ut moris est in terra de Bruxio per requisitionem Tonii condam Thome de Guglielmo in hac parte publici preconis de Bruxio, mandato et impositione discreti viri Tognioli de Betinello consulis et antiani predictorum vicinie et hominum de Bruxio in loco seu in mansione Bernardini condam Ixepi de Galetia, ubi more solito talia congregari solent, in quo quidem consilio et in qua congregatione affuerunt et adsunt infrascripti videlicet primo suprascriptus Tognyollus consul et antianus item infrascripti consiliari et ad regimen deputati predictorum vicinie et hominum de Bruxio videlicet Augustinus condam Adamini de Meda, Bonatus condam Iohannis de Gaspero, Petrus condam Iacobi olim Petri de Ixepo, Fanchinus condam Iacobi de Fancheto, Michael condam Pedrotti olim Bernardi de Pessio, Iacobus condam Menici olim Comini de Schenono, Iohannes condam Betini de \$lxana, Bernardinus condam Ixepi de Galetia, Ixepus condam Zanis olim Ixepini de Guglielmo, Menichus condam alterius Menici Boni de Tognyollo, et Maffeus condam Iacobini olim alterius Maffey de Campo Colognio, agentesque prenominati consul et homines de consilio suis propriis nominibus, item etiam nominibus et vice omnium et singullarum alliarum personarum predictorum vicinie et hominum de Bruxio, cupientes nanque ipsi preffati vicinia et homines relinquere perpetuam bonam memoriam in posteros suos dictorum melioramentorum et augmentorum preffatarum ecclesiarum modo ut infra, ipsi met tanque advochati et patroni preffatarum ecclesiarum ibique nominaverunt et nominant hec infrascripta melioramenta et augmenta ipsis preffatis ecclesiis facta per eos advochatos a dicto tempore de quo supra citra nominibus et vice preffatarum ecclesiarum et ad propriam utilitatem earum, incipiendo nanque In nomine domini Yehsu Christi ibi incipient nominari hec infrascripta melioramenta augmenta per eos homines tanque patronos et advochatos preffatarum ecclesiarum facta et aquissita nominando de singulis singulla videlicet primo unam alliam ecclesiam circum circha muratam adheram\$ et anexam alteri ecclesie veteri sanctissime Trinitatis coperta tegularum et cum tabula una posita super altare ipsius ecclesie nove et cum quampluribus figuris et imaginibus sanctorum et sanctarum et dedichatam sub vobabulo **sancte Marie** que omnia costiterunt libras septem centum imperialium solutas per eos viciniam et homines patronos et advochatos utsupra. Item in allia parte pro laboribus ad coperendum alliam ecclesiam veteram sanctissime Trinitatis tegullis computato muro facto pro fortitudine dicti tecti tegularum. Item pro tabula una cum multis figuris appositis in dicta ecclesia veteri que omnia constiterunt libras quadraginta imperialium que omnia soluta fuerunt per predictos viciniam et homines patronos et advochatos utsupra. Item domum canonice renovatam et de novo fabricatam et circum circha muratam et copertam schandullarum que costitit ipsis vicinie et hominibus patronis et advochatis preffatarum ecclesiarum libras ducentum et quinquaginta imperialium. Item campanam unam cum suo campanilli et etiam cum quampluribus alliis melioramentis factis per eos viciniam et homines ad propriam utilitatem sancte Agate que omnia constiterunt ipsis vicinie et hominibus patronis et advochatis utsupra libras sexaginta imperialium computatis laboribus ad conducendum dictam campanam in loco suo debito. Item petiam unam terre prative iacentem in suprascripta contrata de Bruxio in loco ubi dicitur ad Prexam de Roncio que petia terre est per mensuram steriorum viginta septem ad iustum mensuram Pusclavii et cum una planta nucum sita supra dictam petiam chuy petie coheret a mane strata communis a meridie heredum condam Tonii de Guarnerio et pertim Pedroti condam Bertrami Petri de Ixepo, a sero similliter suprascripti Pedrotti et partim heredum \$nunc condam Io. Iacobi olim alterius Iohannis del Monigatto et annullora Bernardi condam Tonii olim Bernardi de Pessio.

Item pro salario reverendissimi domini epischopi qui dedicavit predictam ecclesiam novam et pro expensis ipsa occazione factis duchatos quadraginta auri solutos utsupra.

Item petiam unam terre prative et silvate iacentem in suprascripta contrata Bruxii in loco ubi dicitur in Caxalle que petia est per mensuram stiorum quinquaginta sex ad iustum mensuram Pusclavii et etiam cum tribus plantis arborum castanearum sitis extra dictam petiam terre, chuy petie choeret amane Romerii condam Andreeae de Dentio et partim Ixepi condam Zanis olim Ixepini de Guglielmo et partim comunis, ameridie viale comunis, asero similiter et partim suprascripti Ixepi et partim comunis, et annullora comunis et partim suprascripti Romerii de Dentio.

Item petiam unam alliam terre campive cum quatuor plantis arborum tribus nucum et altera castanearum sitis supra dictam petiam iacentem in suprascripta contrata Bruxii in loco ubi dicitur ad Campum de Planta, que petia campi est per mensuram stiorum quatuordecim et medium ad iustum mensuram Pusclavii, chuy petie choeret amane strata comunis, ameridie heredum condam Iacobi olim Pedroti Boni Petri de Ixepo et partim Iohannis condam Tonii olim Boni Petri de Ixepo, asero similiter suprascripti Iohannis, et annullora Vallis de Marinellis.

Que predicta omnia et singula reservata fuerunt penes suprascriptos viciniam et homines patronos et advochatos preffatarum ecclesiarum nominibus et vice et ad propriam utilitatem ipsarum ecclesiarum pro earum divino cultu atque iluminariis et aliis \$egenis ipsarum ecclesiarum reservata que fuerunt ab altero inventario<sup>1</sup> iam alias facto de quampluribus alliis bonis et rebus mobillibus et imobillibus in antea datis et assignatis cure et administrationi domini presbiteri Iohannis de Guglielmo rectoris preffatarum ecclesiarum electi et nominati per eos viciniam et homines de Bruxio, quorum usufructus eorum bonorum et rerum territoriarum ipsi domino presbitero Iohanni assignatorum et assignatarum debent utifruy per eum dominum presbiterum Iohannem pro premio cure animarum sibi suppositorum, reservatisque suprascriptis tribus petiis terrarum de quibus supra ipsis vicinie et hominibus remansi utsupra et hoc de consensu et propria voluntate ipsius domini presbiteri Iohannis rectoris utsupra ac etiam per consensem et ordinationem latam per reverendum dominum vicharium cumanum affirmando et qui affirmavit conventiones et pacta coram eodem domino vichario factas et facta per et inter ipsum dominum presbiterum Iohannem parte ex una et sindicos et procuratores predictorum vicinie et hominum de Bruxio partibus ex altera, salvo iure addendi.

Item allia infrascripta debita soluta per suprascriptos viciniam et homines advochatos preffatarum ecclesiarum nominibus et vice earum ecclesiarum modo et forma infrascriptis et primo pro illuminariis factis communiter per dictos viciniam et homines ad preffatam ecclesiam de die tantum\$ continuato tempore adictis annis quadraginta et pluribus citra ad computum de libris octo imperialium pro singullo anno in suma\$.

Item pro dinariis datis et solutis Bonatto condam Iohannis de Gaspero causa suorum laborum et melioramentorum per eum factorum circha petiam unam prati et campi iacentem in loco ubi dicitur ad Curtum libras vigintiocto imperialium.

Item pro alliis dinariis datis per eos viciniam et homines Petro condam Iohannis de Gaspero pro laboribus et melioramentis per eum Petrum factis circha petiam unam terre campi siti supra domum illorum Doffi Ixepi de Guglielmo libras quindecim imperialium.

Item in alia parte pro dinariis datis et solutis per dictos viciniam et homines patronos et advochatos utsupra Bonatto et Menicho fratribus condam alterius Menici Boni de Tognyollo pro laboribus et melioramentis per eos factis circha petiam unam iacentem in loco de Caxalle in sepiendo dictam petiam libras viginti unam imperialium.

Item pro alliis dinariis datis et solutis per dictos viciniam et homines nominibus utsupra Pedrotto condam Iacobi de Peciono pro laboribus suis et melioramentis factis circha petiam prati del Canonicho soldos quadraginta imperialium.

Item pro alliis dinariis datis et solutis per suprascriptos viciniam et homines nominibus utsupra Ixepo condam Zanis olim Ixepi de Guglielmo pro laboribus et melioramentis per eum factis circha petiam unam campi iacentem in loco ubi dicitur ad Campum de Planta libras sexaginta imperialium.

Item pro dinariis datis et solutis Bonatto condam Iohannis de Gaspero pro sua mercede ad fatiendum laborare circha dictam petiam de Planta libras quatuor imperialium.

Item pro alliis dinariis datis et solutis per eos viciniam et homines Iacobo condam Menici de Comino pro laboribus suis per eum factis circha dictam petiam de Planta solidos viginti imperialium.

Item pro alliis dinariis datis et solutis per suprascriptos viciniam et homines nominibus utsupra Petro condam Iacobi Petri de Ixepo pro laboribus et melioramentis per eum factis circha suprascriptam petiam campi de Planta libras decem et octo imperialium.

<sup>1</sup> Evidentemente una parte dei beni era riservata alle necessità del culto e della manutenzione della chiesa e veniva amministrata da procuratori del comune. L'altra parte era stata assegnata al prete quale „premio“ o salario per il proprio sostentamento, tenor convenzione ratificata pure dal vicario vescovile.

Item pro dinariis datis et solutis per eos viciniam et homines nominibus utsupra Iohanni condam Tonii Boni Petri de Ixepo pro laboribus suis et melioramentis per eum factis circha campum ecclesie situm in loco ubi dicitur Supra Ecclesiam libras undecim imperialium.

Item pro dinariis datis et solutis per eos viciniam et homines nominibus utsupra Tonio de la Bella pro laboribus suis et melioramentis per eum factis circha petiam de Ronzio libras quadraginta imperialium.

Item pro dinariis datis et solutis per eos viciniam et homines nominibus utsupra domino presbitero Augustino de Medda olim rectori preffatarum ecclesiarum causa remissionis et renuntiationis cure preffatarum ecclesiarum per eum presbiterum Augustinum remisse et renuntiate in manibus suprascriptorum vicinie et hominum patronorum et advocatorum utsupra libras trecentum imperialium. Et pro quibus debitibus solvendis opportuit ipsos viciniam et homines vendere certa legata que fieri solebant per illos de Amatore et per Antonium condam Meii de Tallio pro pretio et nomine iusti pretii librarum trecentum et viginti ad faciendum unam partem solutionis dictorum debitorum de quibus supra.

De quibus omnibus et singulis bonis melioramentis et rebus territoriis et nominibus debitorum de quibus supra preffati vicinia et homines patroni et advochati utsupra statuerunt et ordinaverunt fieri debere hoc prexens inventarium seu repertorium in memoriam suscessorum suorum ne ea bona transea(n)t in sinistrum sed quod pro meliori memoria futuri temporis statuerunt et ordinaverunt quod ea bona territoria dimittantur et consignari debeant suprascripto Tognyollo consuli et antiano et in eius cura et administratione nomine et vice et ad propriam utilitatem preffatarum ecclesiarum, reddendo tam\$que ipse Tognyollus in fine officii sui bonam rationem de predictis petitis terrarum et de arboribus et de fructibus et redditibus earum et sic gradatim de anno in annum et de dechano in dechanum singulis temporibus futuris, et sic pro \$nunc in nomine domini ea bona designantur cure et administrationi suprascripti Tognyolli consullis et antiani utsupra ad bene regendum et de ipsis et eorum fructibus rationem reddendam suis loco et tempore congruis. Et sic gradatim utsupra pro ut melius videbitur ipsis vicinie et hominibus pro meliori statu totius rei publice, salvo semper arbitrio ipsis vicinie et hominibus super hoc providendi pro meliori statu rei publice. Et de premissis omnibus et singulis rogaverunt me notarium infrascriptum ut publicum confitiam instrumentum unum et plura semper in laude viri sapientis si necesse fuerit. Actum in contrata Bruxii scilicet in mansione Bernardini condam Ixepi de Galetia. Unde plura. Interfuerunt ibi testes ad hec vochat et rogati videlicet Iohannes condam Tonii olim Petri de Tognyallo, Antonius condam Menici olim Comini de Schenono, et Iohannes condam Gasperini de Galetia. Et pro notariis dominis Bernardinus pater meii notarii infrascripti, et Ixepus filius Bernardini condam Ixepi de Galetia, omnes de Pusclavio et de Bruxio noti atque idoney.

(ST) Ego Matheus de Caspano publicus imperiali et apostolica auctoritatibus notarius communis Pusclavii filius domini Bernardini, hoc instrumentum inventarii atque repertorii et ordinationis et omnium premissorum rogatus tradidi imbreavi et per allium michi fidum et legalem scribi feci et in fidem premissorum hic signo et nomine meis consuetis me subscripsi.

(Archivio parrocchiale cattolico di Brusio)